



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXX. Die Markgrafen Otto und Conrad überlassen dem Kloster Chorin Fischereiberechtigungen in Oderberg, am 10. März 1288.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

XXIX. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen dem Kloster Chorin Besitzungen zu
Schönermark, Lichterfelde und Künikendorf, am 15. Juni 1287.

In nomine Domini amen. Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Humani generis actiones plerumque ab hominum notitia dilabuntur, que nec voce testium nec scripturarum testimonio renovantur. Eapropter ad uniuersorum notitiam deducimus per presentes, quod dilectis nobis in cristo Deo deservientibus fratribus ordinis Cisterciensis in Chorin proprietatem XIV mansorum in villa Sconremarke sitorum et octo mansorum in villa Lichteruelde et proprietatem molendini super Wellnam apud Konckendorp diuine retributionis intuitu cum omni juris integritate donauimus pacifice, absque ulla injuria perpetuis temporibus possidendam, renunciantes omni juri, quod in eisdem usque ad hec tempora dinoscimur habuisse. Ita quod in pretaetis mansis dictarum villarum pariter et in molendino prefato nihil juris prorsus nos aut Aduocati nostri aut Bedelli nostri nobis poterimus ammodo vindicare. Igitur ut hec nostra donatio per nos nostrosque successores hereditarios futuris temporibus immutari nequeat aut etiam retractari, presentes literas desuper in euidentis testimonium conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Hujus rei testes Haffo de Wedele, Fridericus de Ecstede, Iohannes et Godfridus, fratres, de Grifenberch, Iohannes de Sydow, Henricus de Doffa, Thethardus de Wozftrow, milites; Alwardus et Bernardus, nostre curie notarii, Anno de Marcreevendorp, Aduocatus noster Stolpenfis, et quam plures alii fide digni. Datum Angermunde, anno domini M^o. CC^o. LXXXVII^o, in die sanctorum martyrum Viti et Modesti.

Aus dem nach dem Originale des K. Geh. Staatsarchives herichtigten Abdrucke in Serrens Cod. II, 428.

XXX. Die Markgrafen Otto und Conrad überlassen dem Kloster Chorin Fischereiberechtigungen
in Oderberg, am 10. März 1288.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis amen. Ne pro defectu memorie, que prouida dispensatione geruntur in tempore, mater erroris ingrata surrepat obliuio, expedit gesta in tempore seu gerenda litterarum beneficio perhennari, maxime uero que eternis spiritualiter donacione principum salubriter ordinantur. Qua propter nos Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, recognoscimus et presentibus protestamur, quod Cenobio Chorin Ordinis Cystericiensis et fratribus ibidem deo famulantibus pari modo, sicut ab antiquitus quiete possedimus, capturam piscium in Oderberch, que wlgariter der Burgheretoch nominatur, cum omni jure piscationum ac proprietate totali donauimus perpetualiter possidendam. Predictæ vero piscationis termini incipiant loco ab illo, ubi Motheliz de Odera fluit et exundat et finiunt juxta finem minoris Kreie apud montem, ubi piscatores sua tuguria struere consueuerunt. Vt autem hec nostra donatio tam a nobis quam heredibus nostris inuiolabiliter et perhenniter conseruetur, prefens scriptum prehabito cenobio dari iussimus sigillorum nostrorum appensionibus consignatum, adhibitis nichilominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: dominus Adam, prepositus in Stendal, dominus

Haffo, Sculiz, frater suus, Heinricus de Wardenberghe, Otto de Ellinghen, pincerna, Dethardus de Wrustrov et alii quam plures. Datum thuriglouo, anno domini M^o. CC^o. LXXXVIII^o., feria quarta post Letare.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gercken's Cod. II, 429.

XXXI. Die Markgrafen Otto und Conrad erneuen den Mönchen zu Chorin die ihnen von ihrem Hering, wie von andern Lebensbedürfnissen bewilligte Zollfreiheit, am 15. November 1288.

Otto et Conradus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, uniuersis Vngeldariis presentes literas inspecturis salutem et omne bonum. Cum dilectis nobis in cristo fratribus ordinis Cisterciensis in chorin a nostris progenitoribus sit indultum, quod de Allece ipsorum et aliis indigentis, quibus ad ipsorum expensas indigerint, nusquam in nostro dominio dare debent thelonium aliquod aut Vngeldum, utpote in ipsorum priuilegiis euidenter ostendere poterunt ipsis desuper traditis et confectis; Recognoscimus et presentibus protestamur, quod eisdem fratribus etiam decreuimus concedendum, ut de Allece ipsorum pariter et de aliis indigentis, quibus ad expensarum necessaria indigerint, nullum requiri debeat penitus thelonium aut Vngeldum. In hujus rei testimonium presentes dari iussimus litteras et sigillorum appensionibus roborari. Datum Vinow, anno domini M^o. CC^o. LXXXVIII^o., secunda feria infra Octauas sancti Martini.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerckens Cod. II, 430.

XXXII. Papsf Nicolaus IV. verleiht dem Kloster Chorin das Erbrecht derjenigen Personen, welche es zu Mitgliedern seines Conuents aufgenommen, am 14. November 1289.

Nicolaus, Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Abbati et Conuentui monasterii de Korin Cisterciensis Ordinis Brandenburgensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Deuotionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus, ut possessiones et alia bona immobilia, que personas liberas fratrum vestrorum mundi relicta vanitate ad monasterium vestrum conuolantium et professionem facientium in eodem iure successionis vel alio iusto titulo si remansissent in Seculo contigissent et conferre aliis potuissent, exceptis rebus feudilibus, petere recipere ac retinere libere valeatis, sine juris prejudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursum. Datum Rome, apud Sanctam Mariam maiorem, XVIII Kal. Decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerckens Cod. II, 468 mit dem Datum 1329.